

corporis copulantur: hoc vocabat iudicium, hanc discretionem, hanc a suis redemptis diaboli expulsiorem. Secundo D. Chyloft. homil. 6. Euthym. hoc iudicium dicitur punitionem demonis, & mundi vltionem. Tertio D. Gaudent. tract. 12. sic intelligit, vt mundi creatorem, ac iudicem mundus iudicet iudicandus. Et quamuis hanc omnia vera sint, tamen vt ait Toletus annotat. 12. non exprimitur sententia proprietatem, & ideo accommodatio explanatio est, quam secutus sum in expofit. Vt iudicium mundi dicatur sententia illius, quam Deus tulit secundum suam iustitiam liberando mundum a iugo demonis, quastio tamen est, cur quando tempus eius mortis instat, dicitur iudicium esse mundi?

Respondet. Primo D. August. q. 58. ex nouo Testamento. Idcirco, ait, commissus est Christus a Deo Patri suo, qui demonem vinceret, & se manifestaret, regnum eius auferens ratione; non potestate: quamquam omnia possit Deus, sed illud facit, quod congruit rationi, vt irreprensibilis perseveret. Non dicitur iudicium esse mundi, quando facies Christi in monte Thabor, respandit sicut Sol, & apparuerunt in maiestate Moyses, & Elias cum eo, Luca 9. n. 30. Nec quando cum multa potestate eicit vendentes de templo Ioan. 2. Matth. 21. Sed modo cum instat vermis moriens in cruce proponitur, tunc est: Iudicium mundi, tunc princeps huius mundi eicitur foras. Vt appareat excellens Dei administratio, eiusque prestantissimum iudicium, quod mundus iudicatur, eiusque princeps diabolus eicitur foras, sed iustitia, ac ratione, qua Deus cuncta administrat, & disponit, vt notat etiam D. Leo serm. 2. de Passioe. Vide multa hoc tom. 1. & 2. ac 3. Verb. Ratio in Indice.

Secundo D. Augustinus cit. tract. 52. in Ioan. Per Christi fidem, ait, qua morte eius, & resurrectione firmata est, per eius sanguinem, qui in remissionem fufus est peccatorum, millia credentium a dominatu liberantur diaboli, Christi corpori copulantur, & hoc vocabat iudicium. Vide discrimen inter humanum, ac perfectissimum Dei iudicium; homines constituunt iudicium, vt damnet, ac perimant; Deus autem facit iudicium, vt homines saluet, ac redimat, eiusque sua diuina beneficia largiatur.

Tertio D. Bernardus serm. ad milites templi cap. 8. Nunc, ait, iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eicitur foras; erit iudicium caeli, quando ipsum vocabitur caelum desursum, & terra discernere populum suum; in quo sane timendum, ne proiciaris tu cum ipso, & Angelis eius, si tamen inuentus fueris iniudicatus. Cum Dei iudicium instat, maxime timendum, & quibusnam praecipue debet instare timor. Si tamen inuentus fueris iniudicatus. Qui primo in iudicium venit, nec vllum iudicium, vel examen ab aliqua creatura passus est, maxime formidare debet, cum in iudicium vocatur, antequam supremum omnium iudicem sifit, nam qui nunquam iudicatus est licentiose viuunt, & multa habet, de quibus reddat iudicium.

Quarto D. Leo serm. 8. de Passioe. Nunc iudicium est mundi, ait, O admirabilis potentia crucis, in qua tribunal Domini, & iudicium mundi, & potestas est crucifixi. Crux iusto Dei iudicio eligitur vt tribunal, ex quo diabolus foras expellitur, & homines ab illius iugo liberantur, ibi in vniuerso Dei filio in patibulo pendenti tota diuinitatis potestas enituit, & respandit. S. Athanasius serm. de Incarnat. Corpus in cruce exaltatum, ait,

non tamen per hoc obscurus; sed illustris permanens in seipso, & talia opera patrans, eaque signa edens, qua eum etiam eo tempore non hominem, sed Dei verbum declarauerunt.

Iturus ad Patrem suis discipulis, ait Christus Dominus. Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra. Matth. 28. n. 18. & statim subdit: Docete omnes gentes, baptizantes eas. Sed quibus manibus, ac brachiis tantam potestatem accepit in caelo, & in terra, vt omnes gentes ad eum conuolarent, ipsumque vt verum Deum adorarent, ac recolerent, illis nempe manibus, quae in ligno sunt extensae, lignoque affixae, ex eo enim quod manus fuerunt ligno affixae; non sunt impeditae, sed potius expeditae, vt super totum orbem in caelo, & in terra habeant potestatem. D. Athanas. Sinaita. De rectis fidei dogmatibus lib. 4. Data est mihi, ait, omnis potestas in caelo, & in terra, ac sic manifeste diceret, auctorem gloriae istius crucem esse, & per crucem irrogatam mortem.

Cum Israel esset humiliatus, ac captiuus sub Madian, Venit Angelus Domini, & sedit super quercu, quae erat in Ephra, & pertinebat ad Ioas patrem familiae Esri: cumque Gedeon filius eius excuteret, atque purgaret frumentum; & Iudic. 6. n. 11. Vt a tanta captiuitate Madian, liberetur Israel, eius Saluator eligitur, ac designatur Gedeon ab Angelo, sed quinam locus eligitur vt tanti operis Saluator designetur? Sub quercu nempe. Cur non potius sub alia arbore, vel sub aliquo fonte, seu alio in loco? Ex quercu sacrum crucis lignum fuisse factum multorum est opinio. Praefigurabatur ibi mysterium nostri Saluatoris, qui sub vmbra crucis liberavit populum sui fidelem a captiuitate, destrueretque crudelem eius aduersarium Madian, diabolum nempe. S. Ambros. in proemio lib. 2. de Spiritu sancto. Ierobal, ait, cum sub arbore quercu tritici messum virga cederet, accepit oraculum, vt a potestate alienigenarum in libertatem Dei populum vindicaret. Nec mirum si est electus ad gratiam, cum sub vmbra iam sacrae crucis constitutus seracis segetis, sensibilibus de latibus frumenta produceret, electionemque sanctorum a purgamentis inanis paleae sequestraret. Vide cap. 39. num. 30. 31.

QVAESTIO XII.

Quare a cruce iudicium de mundo profertur?

Tr Christus Dominus. Nunc iudicium est mundi huius. Illud, nunc, id est, continuo; & subdit. Cum exaltatus fuero a terra, innuens tempus crucis. Ac si dicat Iesus cum subiero crucem, cum fuero in cruce, tunc est iudicium mundi, tunc sententia proferetur de iudicando mundo; cur ergo huiusmodi iudicium ad crucis tempus referuatur? est praesens quaestio.

Ad quaestionem respondet Germano Hierosolymitano, in exaltatione crucis apud Crethserum tom. 2. Nunc iudicium est mundi huius, ait, iudicatur vero vt Rex in thronum regalem crucis conscendens. Expende verbum: iudicatur vt Rex. Iesus maxime declaratur, ac manifestatur rex cum crucis solium ascendit, ibi tanquam a suo throno, ac tribunali, mundum liberans a fermitate demonis, illique fontes suae misericordiae largiens; de cruce

Chryloft. Euthym. Gaudent.

Tolet.

66. August.

Luc. 9. Ioan. 2. Matth. 21.

Leo.

67. August.

Deus iudicatur, vt beneficiat.

68. Bernard.

Multum periclitatur in iudicio, qui nullum est expertus iudicium.

69. Leo.

Summus potestas crucifixi a cruce

Athanas.

Hebr. 4. cruce ait Paulus Hebr. 4. n. 16. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae: vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus.

74. Psalm. 109. De Christo Domino ait Dauid Psal. 109. n. 3. Tecum principium in die virtutis tuae. Quinam est hic principatus in die virtutis, seu potentiae eius? finire quando introductus in orbem terrarum adoratus est ab Angelis? Hebraeor. i. vel quando acclamatus est Rex Ioan. 6. vel in ingressu triumphali Ierusalem? Minime? Sed principatus eius fuit super humerum eius, vt ait Itaias, quando ergo ei data est crux, tunc fuit principatus eius in die virtutis, seu potentiae suae. D. Chryloft. super eundem Psalmum. Quid est, ait, tecum principatus, quod Itaias 9. significans dicebat, cuius principatus super humerum eius? Et explicans quo modo in cruce extitit huiusmodi principatus. Sic ait Sanctus Doctor. Tecum principatus in die virtutis tuae. Quando per mortem mors deletur, quando peccatum aboletur, quando maledictum soluitur. Et postea ait: Considera, quanta sit potentiae signum ipsa crux.

Hebr. 1. Crux Christi principatus. Ioann. 6.

Chryloft. Itaias 9.

75.

Matth. 25.

Matth. 25.

Matth. 24.

Crux Christi regem demonstrat. Ephrem.

Matth. 24.

Aurelian.

76.

Psalm. 44.

Explicans Dominus suum aduentum ad iudicandum; cum de sententia proferenda est sermo, ait. Tunc dicit Rex his, qui a dextris eius sunt. Matth. 25. n. 34. Se aperte nunc vocat Regem, cum tamen in parabola de hoc tremendo iudicio se dicat, vel pastorem. Segregabit oves ab haedis: vel se appellet hominem, vt in parabola talentorum. Homo peregre proficiscens. Matth. 25. n. 14. vel se nominet sponsum, vt in parabola decem Virginum Matth. 25. n. 5. Cur ergo in iudicio se Regem vocat, apparebit simul cum eo crucis signum Matth. 24. n. 30. Tunc parebit signum filij hominis. Et tam proprium regale signum est Crux, quod cum ipsa appareat, non potest regalis dignitatis occultari, sed aperte ipsa crux eam manifestat, ac ostendit.

Pro quo nota correspondentiam in terminis. Tunc dicit Rex, deinde, tunc parebit signum filij hominis. D. Ephrem de vera poenitentia. Vbi, ait, viderint omnes regnum istud sceptrum (id est crucem) reuelari, iam tunc agnoscent singuli continuo ipsum quoque Regem reuelandum: Ex reuelato Regali scepro, signo scilicet crucis, supremum regem reuelandum intelligunt. Et maxime in hac re ponderandum est, quod dicitur: Tunc parebit signum filij hominis Matth. 24. non dicitur parebit signum filij Dei. Vt agnoscat, crucis gloria, ac virtus, quod cum ipse filij hominis appellatione dicatur, tamen ipsa crux diuinitatis vexillum eum demonstrabit filium Dei, Ioan. Aurelian. Episcopus de cultu imagin. lib. 2. tom. 5. Bibl. Sicut imperatorum, ait, regalis pompa praecedit, & militaris ordo praecedendo vexilla humeris portare consueuerunt, & eius declaratur aduentus: sic Domino de caelo veniente, Angelorum caetus, & Archangelorum multitudo crucis signum humeris portabunt excelsis, & regalem nobis aduentum annuntiabunt. Ipsum regale vexillum crucis regis aduentum denuntiat.

QVAESTIO XIII.

Crux regalis thronus iudicij regios ministros requirit.

Vpiori quaest. ex Germano Hierosolymitano dixi, quod crux sit regalis thronus Christi ad iudicium, quod praedixit Regius Vates

Psal. 44. n. 7. Sedes tua Deus in saeculum saeculi, virga directionis, virga regni tui. D. Remigius. Sedes tua Deus, id est, regalis potestas. Regalis tua potestas, sedes tua Deus crux ipsa, virga regni tui: seu vt legit Chaldaeus sceptrum regni tui. Crux nempe ipsa est, in cuius figura virga Moysis liberat fideles Israelitas de iugo Pharaonis, & obstinatos Aegyptios crudeli plaga percudit, ac interimit. D. August. de Catech. O Christe sancte, ait, qui in cruce pendidisti. Ipsa est, illa virga regni tui, crux ipsa, qua virtus in infirmitate perficitur. Illa virga, crux ipsa, virga illa, qua floruit de radice Iesse. Ipsa illa virga, quam portabat Moyses, qua gluttu magorum serpentes.

Crux ergo regalis thronus, regalisque sedes, regaleque sceptrum supremi Regis, regales requirit ministros, & assistentes, qui tam regali signo nobilitentur, ac condecorentur. Vnde ait D. Augustinus serm. 2. in Psalm. 6. Crux finita est in pena, manet in gloria. A locis suppliciorum secit transitum ad frontes Imperatorum.

Ait Ioannes in sua Apocalypsi 1. num. 9. Ego Ioannes frater vester particeps in tribulatione, & regno, & patientia Iesu. Patientia Iesu crucem eius significat; Quomodo ergo Ioannes optime instructus in Christi doctrina prius ait. Particeps in regno, deinde in cruce, seu patientia Iesu? Nam in Christo, prius fuit crux, deinde regnum; factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis propter quod Deus exaltauit illum. Sic & nos prius debemus compati, vt glorificemur, ergo portare crucem, vt veniamus ad gloriam; cur ergo ait Ioannes, particeps in regno, & cruce? tam conaturale est cruce regnum, quod vt aliquis dicatur particeps crucis, prius debeat dici, ac publicari particeps regni, ac regem esse, regnumque habere. Fauet Rupertus. Cum dixisset Ioannes particeps in regno, addidit, & patientia Iesu. Nam postquam particeps fuit in tribulatione morientis, & regno resurgens, Iesu patientiam, seu crucem, habuit imitando passum opprobria, irrisiones, colaphos, & verbera; expende illud, postquam particeps fuit in regno.

In monte Thabor cum transfiguraretur Iesus. Erant autem Moyses, & Elias visi in maiestate, & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. Luc. 9. n. 31. Multam gloriam habuit Moyses in monte Horeb, Patensque Elias in curru igneo ascendens in caelum, nunquam tamen dicuntur nisi in maiestate, nisi modo, & cur in praesenti dicuntur nisi in maiestate? Dicebant excessum eius. Tractabant enim de imminente crucis mysterio, & cum de cruce agerent, inde magnam claritatem, ac maiestatem perceperunt. Timotheus Antioch. orat. in Transfigur. & crucem apud Grethserum tom. 2. de cruce. Similiter autem, ait, Moysen, & Eliam clariores, quam in visis fuissent, exhibuit ibi Dominus; futura crucis signa commemorantes.

Cum ad sacrificandum filium suum Isaac pergeret Abrahamus, duxit secum duos pueros suos, & asinum, cumque a longae eleuatis oculis vidisset montem, ac locum sacrificij. Dixit ad pueros suos, expectate hic cum asino. Deinde ait Pterus Gen. 22. n. 6. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum. Si Abrahamus ad sui ministerium habet paratos seruos, cur non dar illis, vt deferant ligna? Cur super filium imposuit? ligna illa typum crucis praefigurabant, & inde non a seruis, sed ab vniuerso filio nobilissimi

Crux regala Christi sceptrum Remigius. Chaldaeus.

August.

77.

August. Crux imperatores exornat.

78. Apocal. 1.

Cruci ministri reges.

Rupertus.

79.

Luc. 9. Qui de cruce agunt in maiestate.

Timoth.

80.

Gen. 22.

Cruci serui non serui, sed principes.



mi hominis totius mundi, utpote Abrahami. Petrus Damian. ferm. de inuent. S. Crucis: Isaac ipse sibi ligna, crucis scilicet figuram, portauit, quibus erat inuoluentus. Duo autem serui illi procul dimissi, Iudaeos significant, qui seruiter uiuerent, & carnaliter saperent. Ligna, quae typum crucis exprimebant, non seruiter feruentibus imponit, sed unigenito filio suo Abrahamus.

QUESTIO XIV.

Quare Princeps huius mundi dicitur eiectus foras?

81. Caietan.

81. RIMò rectè respondet Caietan. Non dicit, ait, Diabolus non tentator, non seductor mundi huius, sed princeps: quia non eiecitur à seducendo, à tentando, à calumniando, sed à principatu, non particulari huius, uel illius hominis, ciuitatis, uel patrie, sed mundi huius. Principabatur enim, & adorabatur, ut princeps mundi huius Diabolus ante mortem Christi communiter à mundo: hoc est colebatur in omnibus diis gentium. Et ab hoc principatu eiectus est, sublato per Christum cultu Deorum, ablata ex mundo quamuis non ex singulis partibus simul idololatria. Ac proinde cum eiectus est diabolus à cultu, ac honore, qui illi à mundo deferebatur, dicitur eiectus foras, ac suo principatu expulsus, tanquam omnino destructus, ac deperditus, nam honore deperdito deperditur homo.

82. Gaudent.

82. Secundò. D. Gaudentius homil. in Sabbato post 5. Domin. Quadrag. Non in planis, ac humilibus habitabat Diabolus, ubi pulsus ad alium locum credatur, absque casu suo transire potuisse, sed cum de sublimitate expellitur, utique deorsum precipitatur, quod significanter in Graeco positum est. In graeco est iuxta D. Gaudentium princeps huius mundi, mittetur, seu eiecitur deorsum. Quod magnum casum, multamque ruinam denotat, unde tanto casu, tantamque ruina precipitatur, quia non in humilibus, ac planis locis degebat Diabolus, sed in altis habitabat, acrisque altitudinibus pascebatur; qui in planis, ac humilibus est, sine multa ruina de vno loco expellitur ad alium, atqui in altis habitat si inde deiecitur, multo casu ruit, ac precipitatur, multamque ruinam, ac deiectionem secum inuoluit.

83. Leo.

83. Tertio. S. Leo ferm. 2. de Natiuit. Praesit ergo, ait, improbus prado, & auarus exaltor in eum, qui nihil ipsius habebat insurgere, & in quo nullam reperit culpam, soluitur itaque lethifera pactionis male suasa conscripio, & per iniustitiam plus petendi totius debui summa vacuatur. Expende verba: per iniustitiam plus petendi. Peccatores debebant diabolo pœnas soluere: ille uero non solum peccatores, sed etiam innocentissimum Agnum Christum Iesum, in quo nulla erat debiti umbra, expostulauit ad pœnam, dnm Iudæos in eius necem excitauit, ac stimulauit: & sic per iniustitiam plus petendi, à suo principatu, ac regno fuit expulsus, qui immodicus, ac excessiuus est in petendo principem exiit, ac principatum amittit.

84. German.

84. Quarto. D. German. orat. in Mag. diem Sabati. Seder, ait, in throno crucis, qui indicat iustitiam, & iniustam condemnauit mortem (Diabolum intelligit, ex quo mors) ex humana societate eam proscrubens. Per crucem destruxit Dominus Iesus diaboli principatum, ipsamque foras eiecit.

Victoria per crucem.

Capit David arcem Sion 2. Reg. 5. n. 7. & eiecit exinde Iebusæum. In quo adumbratur Christus Dominus omnia per crucis mysterium sibi subiciens. Rabbanus ibi: David, ait, Iebusæum habitatorem terre de Ierusalem eiciens, significat Christum contrarias potestates de cordibus fidelium eicientem; solum enim per mysterium crucis omnem principatum diaboli destruendo trophaeum gloria acquisiuit.

De Christo Domino ait Regius Vates. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, intende, prospere procede, & regna. Psalm. 44. n. 5. potentissime legit D. Hieronym. fortissime. Ipse, qui est rex regum, & Dominus dominantium nunc dicitur Rex potentissimus, rex fortissimus, eum nempe accingit suum gladium, crucem nempe, qua omnes aërias potestates debellauit. Hefychius. Gladium crucem uocat, ait, hac enim tanquam gladio usus, suum hostem diabolum interfecit. Illud tamen maximè notandum est, quod iuxta lectionem D. Hieronymi dicitur: Accingere gladio tuo super femur tuum fortissime. Deus dicitur fortis natura sua. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis. Nunc uero accincto crucis gladio, dicitur fortissime intende, id est exire ad arcum, & bellum, ut explicant D. Chrysof. N. Incongnitus, & alij, ut nobis manifestaret, ac declararet, quanta uirtute uoluit crucem suam imminere; ut ipse, qui fortis decauatur, cruce tamen accinctus super femur suum fortissime dicatur intendere prospere, & procedere. Bellarminus. Sic tuum cursum dirige: sic contra diabolum prosperare, ut deuicto Principe huius mundi, tibi regnum acquiras.

De Christo Domino ait Regius Vates. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, intende, prospere procede, & regna. Psalm. 44. n. 5. potentissime legit D. Hieronym. fortissime. Ipse, qui est rex regum, & Dominus dominantium nunc dicitur Rex potentissimus, rex fortissimus, eum nempe accingit suum gladium, crucem nempe, qua omnes aërias potestates debellauit. Hefychius. Gladium crucem uocat, ait, hac enim tanquam gladio usus, suum hostem diabolum interfecit. Illud tamen maximè notandum est, quod iuxta lectionem D. Hieronymi dicitur: Accingere gladio tuo super femur tuum fortissime. Deus dicitur fortis natura sua. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis. Nunc uero accincto crucis gladio, dicitur fortissime intende, id est exire ad arcum, & bellum, ut explicant D. Chrysof. N. Incongnitus, & alij, ut nobis manifestaret, ac declararet, quanta uirtute uoluit crucem suam imminere; ut ipse, qui fortis decauatur, cruce tamen accinctus super femur suum fortissime dicatur intendere prospere, & procedere. Bellarminus. Sic tuum cursum dirige: sic contra diabolum prosperare, ut deuicto Principe huius mundi, tibi regnum acquiras.

Captiuo Samson tonsis capillis eius, deperditaque sua antiqua fortitudine, maximè exultabant eius aduersarij Philisthim, laudantes Deum suum, qui pro ludibrio adductus de carcere, fecerunt eum stare inter duas columnas, qui rogauit puero regenti gressus eius, dimitte me, ut tangam columnas, quibus omnis imminet domus, ut paulum requiescam. Qui apprehendens ambas columnas concussisque fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes, & ceteram multitudinem, quae ibi erat. Iudic. 6. n. 29. unde illi tanta fortitudo, qui modo à puero regebatur, & omnibus erat in lubirium, & capilli licet renasci inciperent, nondum erant perfecte nati? dum Samson manus ad columnas extendit, figuram crucis exprimit, sub cuius typi umbra hostes suos destruit, ac perimit ille. D. August. ferm. 107. de tempore. In hoc, ait, imaginem crucis attendite, expansus enim manus ad duas columnas, quasi duo ligna crucis extendit, & aduersarios suos Samson interemptos oppressit.

Capit uo de caelo dicens: Clarificauit, & iterum clarificabo. Christus se dixit primo clarificatum iudicio mundi, seu sententia mundum liberante; secundo se ostendit clarificatum eiecto principe tenebrarum. Terriò nunc sui exaltatione in cruce. Et ait ego si. Illa particula si, Graecè nec dubitandi modum, nec conditionem, sed tempus significat, ac si diceret. Cum, seu quando. Ut legitur D. Cyprianus D. Ambros. D. Augustinus tract. 52. in Ioan. Qui ait, si, id est cum: non enim dubitat futurum esse, quod uenit implere.

Exaltatus fuero. Syriacus sublimatus in altum, seu Lucas Burgensis ex Graeco: eleuatus, in aërem nempe in cruce positus, à terra, hoc est super terram ad litteram iuxta Patres de se in cruce erecto loquitur. D. Augustinus. Exaltationem suam, ait, quid aliud dixit, quam in cruce passionem? Quod & ipse Euangelista non tacuit: uersu nempe sequenti omnia, ut explicant N. D. Cyrillus, D. Chrysof. Leontius, Theophyl. sic enim ipse iussit, predicare Euangelium omni creaturae. Et hic sensus maximè congruit dictis de grano frumenti, ac de conuersione gentium, quae ad Christum conuenerunt; de quo iterum quaestione 18.

Traham ad me ipsum. Adducam, & transferam à Satana, ac Diabolo, ad me ipsum Dei filium; à mundi Principe tyrannico, ad me ipsum legitimum orbis Principem. Traham, ait, uerbum hoc quandam vim significat, quo uerbo usus est Dominus, ut notetur vis in opposita, ita enim homines sub diaboli potestate, ac tyrannide tenebantur, ut ueluti vi usus fuerit Dux, ac Princeps noster Iesus, ut ab eius iugo extraheret, ac eriperet. Hæc interpretatio est de mente D. Chrysof. Traham, ait, tanquam à tyranno detentos, & per se minime potentes, eius manus effugere, utpote repugnantes. Alio loco rapiam appellat. Nemo potest venire ad me nisi Pater meus traxerit eum. Nam uia, & eadem est utriusque tractio, cum uia, & eadem sit essentia, & uirtus. Ex quo ait cit. Chrysof. Filio trahente, Pater trahit.

Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat significans, qua morte esset moriturus.

Hoc autem dicebat, exponit Euangelista Christi uerbum dicentis: si exaltatus fuero à terra. Quo nimirum mortem suam in cruce significauit, quod Ioannes aduertit, ut cunctis aperiret, ac manifestaret Christum Iesum omnia præsciuisse, nihilque ei præter opinionem, ac scientiam contigisse.

VERSIONES. Syriacus n. 32. Et ego cum sublimatus fuero à terra, traham omnes ad me. Lucas Burg. Et si ego eleuatus fuero à terra.

Arabicum

QUESTIO XV.

Quare Dominus suam mortem in cruce appellauerit exaltationem?

82. REQUENTER Christus Dominus suam passionem in cruce dicit exaltationem, ut in præsentia: Ego si exaltatus fuero à terra, &c. & Ioan. 3. n. 14. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis. & cap. 8. n. 28. Cum exaltaueritis filium hominis, &c. In hac loquendi forma illud est difficile, ut notauit Lypsius lib. i. de cruce cap. 3. & 4. & lib. 2. cap. 5. inter alios loquendi modos, quibus veteres uiruntur cum de cruce agunt, minimè talis modus dicendi reperitur, quo Christus Dominus significauit suam crucis mortem exaltationis nomine, quæ honorem, & non ignominiam, qualem omnis Crux continebat, significat: licet enim olim, multis modis crucifixio olim fieret, semper tamen in dedecus, & ignominiam fiebat. Unde ait Paulus ad Galat. 3. Maledictus homo, qui pendet in ligno: Idest execrabilis homo, qui tali morte afficitur.

Christus Dominus tamen talem mortem exaltationem appellat: quia eam duxit pro triumpho, ac magnificentia. Quo sensu D. Gregor. interpretatur ea uerba Cantic. 7. n. 8. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt uera tua, sicut botri uinea. Ipsa enim crux honoris, ac uictoriae Symbolum est, omnemque felicitatem, ac exaltationem denotat, ut significant sequentia uerba: Et erunt uera tua, &c. Iusti scilicet in Cruce, Philo Carpathius. Hanc ergo crucis mortem exaltationem dicit Christus, illa enim maximè se uoluit exaltari, ac sublimari. Respondet. Quod scilicet illa exaltari eum fuit necesse. Quoniam is, qui patibulo crucis suspenditur conspicuus est omnibus, & ceteris altior. Quanta altitudo sit à Cruce breuiter expendo.

Synagoga populorum circundabit te, propter hanc in altum regredere. Psalm. 7. n. 8. Synagoga, seu ut legit D. Augustinus. Congregatio populorum. Circundabit te, ut explicat Treuetus, tanquam à te quaerens auxilium, & remedium. In altum regredere. Chaldaicus. Ad domum maiestatis regredere. Quisnam est iste locus altus Deo, eique domus maiestatis? Hefychius. Illud in altum honorabilem crucem intelligit. Crux enim locus ualde altus, & sublimis est; sed nunquid Deo potest esse aliquis locus altus, ei enim omnis locus creatus infimus, ac humilis est; Quomodo ergo crux dicitur locus altus? Quamuis crux pro u creatura sit ualde humilis, ac infima respectu Dei, pro u tamen crux est, in tanta æstimatione, ac honore ei est, ut ab ipso tanquam locus altus, ac sublimis reputeur. Huc aduoco id, quod respiciens ad uerba Pauli Philipp. 2. n. 2. Factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Eleganter ait D. Bernardus: cum per naturam Diuinitatis non haberet, quo cresceret, uel ascenderet; quia ultra Deum nihil est; quo modo crescere inuenit, ueniens incarnari, pati, mori, factus humilis usque ad crucem; propter quod & Deus exaltauit illum. Ac si dicat, quasi cum non haberet Dominus Iesus, quomodo exaltari possit, crucem disposuit, ut in ipsa eleuaretur.

Illud iterum est expendendum, quod ait. In altum

Arabicum. Vnumquemque traham ad me ipsum.

D. Augustin. Omnia traham ad me.

Arabic. n. 33. Et non dixit hoc, nisi ut nuntiaret quali morte moreretur.

Syriacus. Ut indicaret, qua morte esset moriturus.

Arias. Significans qua morte futurus esset mori.

EXPOSITIO V.

87. ENIT vox de caelo dicens: Clarificauit, & iterum clarificabo. Christus se dixit primo clarificatum iudicio mundi, seu sententia mundum liberante; secundo se ostendit clarificatum eiecto principe tenebrarum. Terriò nunc sui exaltatione in cruce. Et ait ego si. Illa particula si, Graecè nec dubitandi modum, nec conditionem, sed tempus significat, ac si diceret. Cum, seu quando. Ut legitur D. Cyprianus D. Ambros. D. Augustinus tract. 52. in Ioan. Qui ait, si, id est cum: non enim dubitat futurum esse, quod uenit implere.

87. Mors crucis glorificatio.

Cyprian. Ambros. August.

89. Syriacus. Burgens. August.

Cyrrill. Chrysof. Leont. Theophyl.

90.

Chrysof.

Ammon. Theophyl. Ioan. 6.

91.

Exaltatus fuero. Syriacus sublimatus in altum, seu Lucas Burgensis ex Graeco: eleuatus, in aërem nempe in cruce positus, à terra, hoc est super terram ad litteram iuxta Patres de se in cruce erecto loquitur. D. Augustinus. Exaltationem suam, ait, quid aliud dixit, quam in cruce passionem? Quod & ipse Euangelista non tacuit: uersu nempe sequenti omnia, ut explicant N. D. Cyrillus, D. Chrysof. Leontius, Theophyl. sic enim ipse iussit, predicare Euangelium omni creaturae. Et hic sensus maximè congruit dictis de grano frumenti, ac de conuersione gentium, quae ad Christum conuenerunt; de quo iterum quaestione 18.

Traham ad me ipsum. Adducam, & transferam à Satana, ac Diabolo, ad me ipsum Dei filium; à mundi Principe tyrannico, ad me ipsum legitimum orbis Principem. Traham, ait, uerbum hoc quandam vim significat, quo uerbo usus est Dominus, ut notetur vis in opposita, ita enim homines sub diaboli potestate, ac tyrannide tenebantur, ut ueluti vi usus fuerit Dux, ac Princeps noster Iesus, ut ab eius iugo extraheret, ac eriperet. Hæc interpretatio est de mente D. Chrysof. Traham, ait, tanquam à tyranno detentos, & per se minime potentes, eius manus effugere, utpote repugnantes. Alio loco rapiam appellat. Nemo potest venire ad me nisi Pater meus traxerit eum. Nam uia, & eadem est utriusque tractio, cum uia, & eadem sit essentia, & uirtus. Ex quo ait cit. Chrysof. Filio trahente, Pater trahit.

Hoc autem dicebat, exponit Euangelista Christi uerbum dicentis: si exaltatus fuero à terra. Quo nimirum mortem suam in cruce significauit, quod Ioannes aduertit, ut cunctis aperiret, ac manifestaret Christum Iesum omnia præsciuisse, nihilque ei præter opinionem, ac scientiam contigisse.

Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat significans, qua morte esset moriturus.

92.

Ioan. 3. Ioan. 8.

Lypsius.

Christus primus crucem dicit exaltationem.

Galat. 3.

93.

Gregor. Cant. 7.

94.

Philo.

94. Psal. 7. August.

Treuet. Chald.

Hefych.

Philip. 2.

Crux à Christo reputatur pro altitudine.

95.